nati. Itē insipientes ⁊ simplices cōtingit ma-
gis esse fortunatos. pbat̄ ratiōe et exemplo.
Ratiōe quidez. quia ille est magis fortunatus
qui magis sequit̄ instinctus diuinos. s. sim-
plices amissa ratiōe ⁊ nō debiti exterioribus
agilibus magis p̄cipiunt et sequūt inter-
iores instinctus et diuinos impetus q̄ faciūt
sapientes qui ratiōem sequūt. Exemplo sic
pbat̄. Sicut ceci amissis oculis magis me-
morant̄ ⁊ contingit virtuosius ⁊ stabilius esse

quod memoratur. Sic insipientes magis se-
quunt̄ diuinos instinctus amissa ratiōe. Nā
pluribus intentus minus est ad singula sen-
sus. Egidius in scriptis super libro de bona
fortuna. Appellatur hic insipientes et sine
ratiōe illi qui non sequūt ratiōes natura-
les humanas. et sapienciam humanā. vel ac-
quisitam. sicut mulieres ⁊ simplices persone.

Capitulum decimum d̄ Constellationibus.
⁊ ibi de stella magorum: que apparuit eis.

DE cōstellatiōibus etiā
potest induci illud ps. Deat̄ vir
cuius q̄: qui nō resperit in vani-
tates ⁊ infancias falsas. Multe enī
vanitates ⁊ infanie false dicunt̄ d̄ huiusmōi:
sed homo rectus nō respicit ad eas. Nōne va-
nitas est ⁊ infania falsa credere q̄ astra seu cō-
stellatiōes cogant nos ad bene ⁊ male facien-
dum. vel bene aut male habendum. Sed et si
corpora celestia influant in corpora s̄fiora
nō tamē directe i animas. s. nec etiā i cor-
pora nisi disponēte deo. Qui cū sit causa pri-
ma omniū. ⁊ causa prima plus influat i cau-
satū cause secūde q̄ ipsa causa secūda. fm̄ re-
gulam naturālē in libro de causis. Sequit̄ q̄
deus ad placitum suū potest tollere ⁊ mutare
influxum a causis secundis. ut a corporibus ce-
lestibus. quo ad aliquos effectus naturales. pu-
ta pluuias. siccitates. pestes. ⁊ huiusmōi: que
aliqui fm̄ dispositiōem corporū celestiu⁹ ⁊ ele-
mentoz̄ deberent euenire. ita q̄ nō eueniant.
⁊ econtra q̄ veniant qñ fm̄ causas secundas
nō deberēt venire. Et p̄pterea dicit dñs Diere.
x. A signis celi nolite timere sicut gentes ti-
ment. Qñ misit dñs pestē i pplm̄ israhel ppter
numeratiōnem factam a David ex quadā ia-
ctancia ⁊ vanitate. ⁊ in tribuo cessauit ex to-
to. puto hoc nō fuisse ex cōstellatiōibz: s. dei
b̄s placito. Et similis d̄ signis corporū factis
in egipto p̄ Moysen. Enī et Gracianus dicit
in decret. xxi. q. i. s. Hys ita. q̄ quibusdā cō-
stellatiōes ⁊ futurorū signa custodientibus
ap̄lus ait. s. Gal. iij. Dies obseruatis ⁊ men-
ses. ⁊ tpa. ⁊ annos. timeo ne forte sine causa
laborauerim in vobis. Sic ⁊ astronomia seu
astrologia apud catholicos in dissuetudinez
abiit. quia bñ propria curiositate hys nimis
erant intenti minus vacabant hys que saluti
āimaz̄ erāt accōmodata. hec ille. Et Ambro-
sius dicit q̄ astrologia ⁊ alia huiusmōi nihil
valent ad salutē. ⁊ mittūt in erroz̄. ⁊ qui hys
student curam aīe nō hñt. dis. xxxviij. s. Hinc
etiā fili⁹. i. fi. Equidez obseruare dies fm̄ ra-
tōem naturālē medicine vl̄ philosophie natu-
ral. puta nō dare medicinas i reuolutiōe lune
aut minuere sanguinem vel plantare aut in-
cidere arbores magis vno tēpore q̄ alio put

dictat ratio natural. hoc licet. Et sic etiā bare iudicia vel seq de effectibz naturalibz fm sciē-
ciam astrologie. que tñ iudicia frequēter re-
periūt fallacia. vel q ignorat illa sciencia
vlt q vt dictū est deus potest imutare virtutē
et influxum secundarū causarū ad effectū pro-
ducendos ad placitum. Et d actibus hūanis
velle certitudinaliter ex constellatōibz iudi-
care. ad supstitionem pertinet et infidelitatem
cum per hoc tollatur libertas arbitrij. Sed
sciendum q est triplex genus stellarum.
Primo est stella comatica.

Secundo est stella erratica.

Tercio est stella singularis et mirifica.

Primo est quedam stel. §. i.

la que dicitur cometa vel cometes. Et vt dici-
tur in catholicon. Cometa est quedam stella
crinita emittens de se radios flāmarū ab mo-
dum criniū. Et semper qñ apparet significat
mortem vel mutatiōem alicui principis vel
alicui patrie destructiōem. et semp dirigit ra-
dios suos ad illam ptem cui minas. Quidam
tñ dicūt q nō ē stella. s; est qdā nubes ignea
claritate accensa. qd magis credim. Papias
autē dicit q cometes ē stella sic dicta. eo q co-
mas luminis ex se fundat. Qd genus liberis
qñ apparet pestilenciā. famem. bellum. aut
regni mutatiōem significat. quam latini cri-
nitē vocant. eo q in modū criniū flāmas
spargit. Alij dicūt cum quibz ego q cometes
nihil aliud est q vapor terre et grossus cuius
ptes sibi paulatim cōiacent ascendens ab in-
feriori pte estus multū ad supiorē pte eiusdē
ubi cōcauitatem ignis cōtingit. et ibi diffusus
ē et inflāmat. et ideo videt longū frequenter
et diffusus. Itē scias q stelle habēt a comas
efficiēter et fm locū sue generatiōis sūt ppter
aerem inflāmatū ex vicinitate ignis. q cōti-
net materiā comete. et ipm cometē aerē dico
propinquū igni qui in se pñet colorē ignis
qñ in ipso vapor siccus inflāmat tunc
pñuatio fit cū lumie flāme cōmoto ab infe-
riori aere ubi stat vapor eiusdē nature. et ita
diffuso illo qd cōtinuā ei fit oblongus. et hic
est cometes. Et si queras cum dicat cometes
se habere ad bellū vel mortē alicui an sit hoc
signū. causa. vel effectus. Dico q proprie est
signū q sicut dicit Aristoteles i libro de sono
et vigilia. Talia sūt sicut pñarij. cui cōsiliū
melioribz inuētis mutari pñt. Ita dū martis
bella et mortem pñentiū et regentiū turbas
significat sicut inclinans pluriimū ab hoc per-
iram et calorem et siccitatem ex quibus puenit
animositas et pñatio populorū abinuicē. Et
ideo signatū comete prius est sup marem. q
est causa belli et destructiōis populorū. causa
dico inclinā nō necessaria. et iō illa significa-
re dñ cometes cū tñ ei significatō prima nō
sit sup illa. Et scias q vt dicit Ptholomeus.

Ar sapiens dñabit astris. q sapiēciā suā
potest vitare ea ad q astra disponūt. In mor-
te. b. Tho. d. aquino vt dñ in legenda ei appa-
ruit cometes super monasteriū. Fosse noue
ubi iacebat infirmus. et hoc p tribuū añ mor-
tem eius. et ipō mortuo nō fuit visa amplius
vñ credi significasse mortem ei. Anno dñi
Mcccc. apparuit cometes per longum temp-
bñs comas nigras. et dicitur signasse mortē
ducis magni Aediolane. qui tūc mortuus
ē. In principio papatus Eugenij quarti ap-
paruit cometes cū crinibus quasi argenteis
et inde secuta sunt multa mala bellicorū et mu-
tatiōes. Non ergo cometes habent inducē ad
malum vel bonū. sed significare tribulatiōes
que etiā possunt deo opante et hoibz peniten-
tibus auferri. Nō ergo respicit ad vanitatem
et insanias falsas iustus homo: sed ad deum.

Secundo sunt stelle. §. ii.

erraticę. et dicuntur septe planetę quoz qui-
libet habet suum celum per quod facit cursū
suum. Et primus planeta est Luna. Secun-
dus Mercurius. Tertius Venus. Quartus sol.
Quintus Mars. Sextus Iupiter. Septimus
Saturnus. Post hos est octaua spera seu ce-
lum ubi sunt omia sidera fixa. Et dicit Aug-
in libro de natura demonū. q astrologi dicti
sunt quidam eo q in astris auguriantur Ge-
metralici appellati sunt propter natalitiū
consideratiōem diei. Genesim enim hominū
per. xij. signa celi describunt syderumq cursū.
nascentium mores. actus et euentus pñcere
conantur. i. quis quali signo fuerit nat. aut
quem effectum habeat vite qui nascitur iter-
pretantur. hñ sunt qui vulgo mathematici vi-
cunt. Cuius supstitionis genus cōstellatiōes
latini vocant. i. notatiōes syderū quomodo
se habeant cum quisq nascitur. Primi autē
stellarum interpretes magi nūcupant. sicut
d hñ legitur qui in euangelio xpm natū an-
nūciauerūt. postea hoc nomie soli mathema-
tici dicti sunt. cuius artis sciencia vsq ad xpm
fuit concessa. vt xpo edito nemo natuitatem
alicuius de celo interpretet. Habent bec. xx.
vi. q. ij. Igitur genus. Sciendum igitur q
stelle seu corpora celestia habent utiq influ-
enciā super corpora humana. sicut sup alia
corpora. sed nō super animas hominū. vt co-
gantur homines ad aliquid faciendum boni
vel mali ex constellatiōe. Et hoc pbatur tri-
plici via. s. ratio. auctoritate. et exemplo. Ra-
tiōne quibz sic. Diuina puidencia fm Dionis-
ium ita disposuit ordinez vniuersi vt inferio-
ra regantur per supiora et minus nobilia per
nobiliora. et nō epuerso. In hoīe aut sūt duo.
aīa et corp. Et corpus quibz q nūc mortale
est et passibile. ē inferius et ignobilius corpore
celesti. vnde recipit influēciā. dispositiōem
et motum. et variatiōez a corporibz celestibz

De anima humana est nobilior quilibet corpore celesti. Et ratio est secundum Theophrastum contra gentiles. quod effectus aliquis tanto est nobilior quanta magis sue cause assimilatur. Deus autem est prima causa omnium rerum. Unde quanto aliquis creatura ei magis assimilatur tanto est nobilior. Et quod deus spiritus est Job. iii. ideo anima nostra que spiritus est magis assimilatur deo quam sol. luna. stelle celi: que omnia corporalia sunt. Cum ergo sit nobilior quolibet corpore celesti. nullo modo corpore celeste potest directe in ipsam agere vel influere. Sed angelus qui est superior anima agit in ipsam. scilicet in partem intellectus ipsam illuminando. et multo magis deus gloriosus qui omnino est superior agit in ipsam: intellectum illuminando et voluntatem movendo. Non ergo directe constellationes possunt per se movere voluntatem vel intellectum directe. sed ex ipsis constellationibus sub quibus nascimur recipimus qualitatem. dispositionem et complexionem corporum. partim etiam ex conditione parentum generantium. Unde Damascus dicit. quod alij et alij planetarum diversarum complexionum et dispositionum et habitus constituunt. Nam secundum qualitatem complexionum excitantur in potentiam sensitivam que sunt affixae organis corporis: diversus motus passionum et inclinationes ad diversa vitia. et sic potest dici quod ex constellationibus habet quis inclinationes ad diversa vitia. Quia insuper multoties habet malas inclinationes ad vitia ex alijs causis. quia vel ex mala sui custodia vel ex prava consuetudine que vertitur in naturam vel ex diabolica suggestionem. Eleruntamen quicunque quis habeat motum. et sentiat in se inclinationes ad vitia et quacunque ex causa. quia peccatum mortale non consistit in sensualitate sed in ratione et voluntate que semper manent libere ad assentiendum vel dissentendum peccato. et ideo nunquam aliquis ex necessitate cogitur ad aliquid bene vel male faciendum ex constellationibus celorum vel alijs occasionibus. Unde et Ptholomeus maximus astrologus dicit in centiloquio quod vir sapiens dominabitur astris. id est inclinationibus ad vitia quas habet a planetis. Hinc etiam legitur de discipulis Platonis vel Doctis. quod cum semel ostendissent faciem suam magistro pictam cuiusdam magistro in physionomia qui ex effigie vultus iudicabat de conditionibus hominum. et interrogarent eum cuius conditionis esset ille homo repositus per illas figuras. Respondit. Luxuriosus est et corruptor puerorum. Quod illi irriserunt scientes castitatem maximam sui magistri. Nam si Plato fuit ille virgo permansit. Retuleruntque ipsi discipuli hoc magistro suo. Quibus ille. Inclinationes utique ad hec vitia habui: sed sapientia et virtute me continui. Probatur hoc item. scilicet quod ex constellationibus non cogitur homo ad ma-

lefaciendum. auctoritatibus divine scripture et sanctorum. Nam ut habet Genesim. iii. dictum fuit Cain postquam cepit fratri suo Abel invidere. Sub te erit appetitus tuus. et tu dominaberis illius: id est tu poteris dominari ratione si volueris peccato invidie et obij ad quod inclinaris. Et Ezechiel. xv. dicit quod deus ab initio constituit hominem. et reliquit eum in manibus consilij sui. id est in libertate arbitrij. Posuit ante eum bonum et malum. ignem et aquam. mortem et vitam. ad quodcumque voluerit extendet manum suam. scilicet operis. Hinc Augustinus. in. v. li. de civitate dei. Non usquequaque absurdum dicitur potest ad differentias tantum corporum afflatum quosdam valere sydereos. non autem animi voluntates systerum positibus subdi. Hieronymus etiam ait in libro contra Iovinianum. Liberi arbitrij nos condidit deus nec ad virtutes nec ad vitia trahimur. alioquin ubi necessitas: nec corona. de pe. dist. ij. Si enim. Si enim homo ex constellatione cogere ad aliquid malum non possit illud evitare. Injusta autem esset illa lex que prohiberet sibi illud facere quod non potest agere. quia lex debet esse possibilis. ut dist. iij. Erit autem lex. et per consequens non obligaret ad observantiam eius. unde non peccaret ipsam transgrediendo. Frustra etiam essent omnes doctrine morales. et exhortationes ad virtutes fierent. et pene a legibus imponerentur: si necessitarent homines ex constellationibus ad bene vel male agendum. Ad idem facit quod ait Ambrosius. Non est quod cuius nostrum ascribamus erumnas. Nemo nostrum teneat ad culpam nisi propria voluntate deslexerit. Voluntarium sibi militem eligit christus. voluntarium servum diaboli actionatur. xv. q. j. Non est. Confirmatur hoc item exemplis. Nam Jacob et Esau gemini fratres uno conceptu geniti et uno partu ex Isaac et Rebecca. editi sunt. unde ut videtur: sub una constellatione nati sunt. et tamen fuerunt valde diversorum morum. Nam Jacob levis et delicatus Esau hispidus et ferus. Jacob simplex et quietus Esau venator et agrestis. Jacob bonus Esau malus. Si ergo constellatio necessitaret hominem ad opera sua. cum sub una constellatione nati fuerint: debuerint esse omnino similis conditionis. Et quia non fuerunt similes in vita. sed valde contrarii. ideo clare ostenditur non ex constellationibus sed propriis voluntatibus haberi vitia. Similiter Augustinus. in. v. d. civitate dei. ubi diffuse reprobatur a principio illius libri quinti. per multa capitula hunc errorem. narrat de duobus partu uno natis. uno mari. altero femina. qui fuerunt valde diverse conditionis. Nam masculus deditur coniugio. militie et negocijs mundi. femina servata castitate tota talis se tradidit deo. quod non fuisset si constellatione necessitaret ad perversationem tenendam.

1131

cum sub eadem constellatōne nati essent. Et si dicatur. ut respondent ab hoc mathematici. q̄ constellatio est momentanea sub qua q̄s nascitur. Et quia duo cum oriuntur ex uno partu non simul nascunt. sed unus post alterum. vñ nec in momento sed p̄ intervallū: et sic habent diuersas cōstellationes. Et ab hoc repellendum dicit ip̄e Aug⁹. q̄si sic esset. cum unus solus nascitur. non in momento totus egrediatur ex utero: sed de parte in partem successive. sequeretur q̄ unus et item homo tot constellaciones haberet quot mēbra corpus suum p̄tinet: que paulatim ebuir̄it ex utero. quod est absurdū dīcē. Greg⁹. etiam in om̄e. ad item improbandum inducit aliud exemplum. videlicet. Contingit in una ciuitate eadem hora et momēto nasci filium regis et filium rustici vel artificis: unde sub eadem constellatōne. et tamen in processu vite filius regis succedit i regno et erit gloriosus et diues et sciens. et alius cultor terrarum et ignarus. pauper et mercenarius. Si ergo constellatio inducit conuersationē statum et mores et omnia que pertinent ad vitam presentem: quomodo est tanta diuersitas inter hos natos sub eadez constellatōne? Dicunt illi mathematici q̄si quis nascit̄ sub signo aquarij: erit piscator. Sed cum in quibusdā partibz non sint piscatores etiam ibi nascuntur aliqui sub illo signo. quōd habebit effectum constellatio in illo non recedente de partibus suis? Concludunt ergo tam philosophi q̄ sancti theologi falsum ēē immo et hereticūz credere q̄ homo cogatur ad bene vel male faciendum ex constellatōnibus. Notandum etiam prout dicit beatus Tho. in sūma contra gentiles. libro. iij. ca. lxxix. q̄ cūz homo habeat eligere et prosequi que elegit in operibz suis. in utroq̄z bonum a causis superioribz adiuuatur. interdum etiam impeditur. Et s̄m electionē quidem iuuatur ad eligendum aliquid. vel inq̄tum inclinatur a deo. p̄ operationem diuinam. et intellectum. et voluntatem. Ab angelo inq̄tum illustrat̄ intellectus ad cognoscendum solum quod est bonum aliquid fieri. et si nesciat assignare causam. vel etiaz cū illuminatur ab angelo ad cognoscendū etiā causam quare bonum est illud ab eo fieri. A corpore aut̄ celesti non iuuatur homo ad electionē faciendam alicuius operis nisi inq̄tum corpus celeste imp̄mit in corpus ipsius hominis ex qua impressione homo incitatur ad eligendum p̄ modum quo passionis inducūt ad eligendum. videlicet trahendo ratiōnem ad se ex vehementia ipsius passionis et suasionē obfusante ipsaz. Unde illa incitatio que est in nobis ex corporibz celestibus est per modum alicuius passionis.

sicut cum quis inducitur ad eligendum aliquid per odium vel amorem vel iram vel aliquid huiusmodi. Scdm̄ vero executionem eius quod eligit: iuuatur homo ex superiori causa inq̄tum consequitur ab ipsa causa superiori robur et efficaciam ad implendum quod eligit. Que quidem non solum a deo et angelis: sed etiam a corporibz celestibus esse potest inq̄tum talis efficaciam in corpore sita ē. Manifestum est enī q̄ etiam corpora inanimata quasdam vires et efficaciam a corporibz celestibus p̄sequunt̄ preter eas etiā que ad qualitates actiuas et passiuas elementorum consequuntur. quas non est dubium corporibz celestibus ēē subiectas. sicut q̄ magnes attrahit ferrum. hoc habet a corporibz celestibus. et lapides quidem et herbe habent alias virtutes occultas. Unde nihil prohibet q̄ etiam homo habeat ex imp̄essione corporis celestis aliquam efficaciam in aliquibus corporalibz faciendis. quāz alius non habet. puta medicus in sanando. agricola in plantando. miles in pugnando. Hanc etiam efficaciam multiplex deus hominibus largitur ab sua opera efficaciter exequenda. Et q̄tum ad primum auxilium quod est in eligendo dicitur deus hominē dirigere. Q̄tum ad secundum quod est in exequendo dicitur deus confortare. Primum tangit psal. cum dicit. Dominus illuminatō mea ē. Secundum cum subdit. dominus p̄tector vite mee. Non ergo constellaciones p̄ se et directe mouent voluntatez ad eligendum vel exequendum bonum meritorium: sed deus. nec vitiosum: sed per semetipsūz.

§. iij.

Pro tercio est alia stella singularis et mirifica que scilicet apparuit magis ab manifestandum xpi natiuitatē. Unde dixerunt venientes Hierosolimam. Vidimus stellam eius in oriente: et venimus adorare eum Math. secūdo. Et mathematici dixerūt illam fuisse constellationem sub qua natus est xpc que fecit eum ita perfecte conuersari in mundo et tanta mirabilia facere. Sed hoc falsissimū est. Non enim (ut ait Aug⁹). in s̄mone de epiphania illa stella fecit xpm mirabiliter viuere: sed xpc fecit eam mirabiliter apparere. Et in alio sermone. Quid enī erat illa stella nisi mirifica lingua celi: que enarrat gloriā dei? Certum est ergo illam non fuisse constellationem xpi. Nam constellatio est influxus procedens a stellis que sūt in celis ab initio create. Ita autē que apparuit erat in metibulo aeris de nouo creata. Et aliqui quidem dixerunt eam fuisse

Capitulum

angelum qui apparuit pastoribus ab xpi natiuitate nunciandam. **De** quia pastores erant de populo iudeorum ratione utentium in cultu veri dei. ideo congruum fuit ut eis appareret in forma rationalis creature. id est hominis. Magi vero erant de populo gentiliū qui non utebantur ratione colentes etiam insensibilia ut solem. lunā. stellas. et huiusmodi. ideo apparuit eis ad manifestandū xpm in forma creature insensibilis. scilicet stelle. Alij opinati sunt quod stella illa esset spiritus sanctus qui quidē apparuit sup xpm baptizātū (Luc. iij) sub specie columbe. quia columba est animal secundū. ad ostendendum spiritualem fecunditatem inde sequendam ex xpi baptismo. Et super xpm transfiguratum sub specie nubis lucide ad inuendum veritatem sapientie effundendam. iuxta illud Job. xxxvj. Nubes sparserunt lumen suum. Ita ipse spiritus sanctus apparuit in forma stelle ad significandum xpi natiuitatem: qui etiam in celis dñaretur. Tercij dixerunt stellam illam non fuisse nec angelum nec spiritum sanctū. sed stellam de nouo creatam. Et hoc verius sūm Augusti. et Leonem papam in sermone. et beatū Tho. in tertia parte. q. xxxvj. que postq̄ peregrit officium propter quod fuerat de nouo creata. scilicet ad manifestandum xpi natiuitatem in terra. et dirigendum magos quibus apparuit in via. et perducendum ad locum natiuitatis: resoluta est post in preiacentem materiam. unde sicut nec prius vnq̄ apparuit anteq̄ magi viderent: nec post adorationem magorum amplius visa est. Triplici autem ex causa xpc se per stellam manifestauit illis. Primo ppter precendentē designationem. Secundo ppter congruentem attractionem. Tercio ppter recte vite expressionem.

.S. iij.

Primum ad primum quando

fuit facta promissio Abrae de xpo ex eo nascituro domino dicente. In semine tuo. id est xpo ex genere tuo nascituro: benedicentur omnes gentes terre Gen. xxij. Fuit etiam promissa sibi multiplicatio generis sui sicut stellarum celi et arene maris. Suspice inquit dominus Abrae quodam sero aere sereno. Dinumera stellas si potes. sic erit semen tuum. Duplex est semen seu generatio Abrae. Una carnalis. et hec est iudeorum que figurata est per multitudinem arene maris. propter sterilitatem suam in bonis operibus. quia terrenis totaliter debiti sunt. et terrae eis promissa sunt. et hec utiq̄ sine numero multiplicata est usq̄ in hodiernum diē. Altera generatio Abrae est spiritualis. eorū

Decimum

1152

scilicet qui per fidem veram eum imitantur. Et hec est gentiliū ab fidem conuersorum que per multitudinem stellarum cum innumerabiles sunt figurat. quia sicut stelle sunt rabiose et in celis. sic gentiles conuersi ab fidem fuerunt illuminatissimi amantes celestia et tenentes celestem conuersationem. Et de Abraham vocatus est secundo: quod interpretatur pater multarum gentium. Magis quod sunt filij abrae qui sūm spiritū. id est imitationem filij sunt qui sunt sūm carnem. ut ostendit Apostolus ad Gal. iij. Ad ostendendum igitur quod hi tanq̄ fideles pertinebāt ad generationem Abrae cui facta est promissio terre promissionis. id est vite eterne. ideo per stellas vocati sūt ab xpm Baruch. iij. Stelle quoq̄ tēderunt lumen in custodijs suis. id est isti magi in regnis suis que custodiebāt lumen. scilicet fidei annunciantes natiuitatem xpi vocati sunt. scz per stellas ab xpm adorandum. et dixerunt. assumus. scilicet eundo ad locum destinatum. Aliqui alij dicunt quod isti magi fuerunt descendentes ex Balaam propheta qui designarat xpi natiuitatem prophetando per stellam dicens. Orietur stella ex Jacob. et homo exurget de Israhel et percutiet duces Moab id est principes demonū. Ista stella fuit Ihesus sūm illud Apoc. viij. Ego Ihesus rabi. iesse stella splendida et matutina. Unde et declarans ipsam stellam subdit. et pro. i. homo exurget ex Israhel. Ipse igitur Balaam suos propinquos edocuit de aduentu domini summi in mundū qui omnes alios sibi subiugaret. Et signum eis dedit de apparitione noue stelle. unde singulis annis in montem quendam eminentē ascendebant certo tempore. ut attenderent si noua stella orta esset. et ipsi filijs suis de generatione in generationem intimabant et obseruare faciebant. Ex quibus isti magi descendentes et hoc obseruantes: videntes nouam stellam ortam illuminati sunt ad cognoscendum xpi ortum. hoc refert Crisost. quosdam tenuisse super Mat. b

.S. v.

Secundo manifestauit se per

stellam propter congruentem attractionem. Dicitur Sap. viij. quod diuina sapientia disponit omnia suauiter. quia videlicet unicuique creature indidit inclinationem naturalem ad exequendum illud quod sibi congruit et pertingendum ad suum finem. Et quia trahit creaturam humanam per modum sibi conuenientem et magis vsitatum. Non enim inuitus trahitur animus: sed amore. Unde cum conuertit hominem ad se: ostendit menti eius se esse illud bonum in summo

gradu ad quod q̄s magis afficiē. Unde **Au-**
gustinum trahere cepit per sapientiaz et elo-
quentiam Ambrosij. cui et ipse debitus erat.
licet erraret. Et exemplo victorini maximi
rethoris. katherinam attraxit ostendens se
illum pulcherrimum et nobilissimū sponsum
quem affectabat habere. Simeoni et Anne
pphetisse se manifestauit occultis illustrati-
onibus. utpote qui assueti erant visionibus
secretis. et motionibus eternis spiritus sancti.
Istos aut magos. id ē istos astrologos: ita
eos appellat Augus. dicens. **V**idit tunc ma-
gus et obstupuit astrologus. quia erant as-
sueti ad considerandum motus astrozum. p
astrū nouiter apparens se eis manifestauit.
et per stellam eos adduxit. Quia erant pri-
mitie gentium. unde et quasi doctores cete-
rorum: congruit per stellam eos illumina-
ri. qui ut stelle alios habebant illuminare.
fm illud Daniel. xij. Qui ad iusticiam eru-
diunt multos quasi stelle in perpetuas eter-
nitates. et sic per astrologiam scientiam su-
am ad se traxit.

§. vi.

Tercō manifestauit se per stel-
lam. ut ex prophetate eius ostenderetur re-
cta uita hominibus: que habet conducere ad
xpm. sicut illa stella d qua dicit. q stella quā
viderant i oriente antecedeat eos usq̄ dum
ueniens staret supra ubi erat puer. Nunquid
non dicere uidebat. ut dicit Maximus i ser-
mone. Ecce iste est ad quem adorandum uos
induri et conduri. propterea me firmaui ut
ostenderem ipsum. propterea uos dimisi seu
lumen meum subtrahi uobis cum accessistis
et intrastis Hierusalem ciuitatez regiam ab
hominibus quesituri quod uobis ostende-
batur e celo. Meretur em̄ homo p̄bere diuinaz
directionē ex quo uidens se illaz habere que-
rit humanam. vel etiam ex celo et mundo ha-
betis testimoniū d stella celesti exorta Apo.
vlf. Ego Ihs stella splendida et matutina.
ego libenter descenderem ad adoranduz ipm
qui me fecit: sed non est meus actus latrē q̄
sum creatura irrationalis. Sed uos qui ra-
tionales estis. uos ergo intrate. et ego desup
uobis lumen faciam. quia obscurus est loc⁹
tugurij. Erat af differens ab alijs stellis ista
in tribo que designant cōditiones uirtuosas
iustozum. Erat aut differens.

Primo in motione.

Secundo in apparitione.

Tercio in figuratiōe.

In motione quidē. quia ubi alie stelle mo-
uentur omnes motu circulari de oriente in
occidens ad motū primi mobilis vel ecōtra
de occidente in orientē ad motum p̄prium.
ista mouebat motu animalis p̄gressiuo. scz

aliq̄ p rectum. aliq̄ ad dexteram. aliquāto
ad sinistram declinando. Sic cōuersatio iu-
stoz seu operatio eoz. que ducit ad xpm nō
est circularis. scz circa terrena se inuoluen-
do a terra inchoando intentionē. et in terrā
finiendo opationem. Hec est operatio malo-
rum fm illud ps. In circuitu impijambu-
lant. Et diabolus Job pmo. Circuiui terrā.
Sed incedunt iusti p considerationē et ob-
seruationē mandatorū dei que est uita recta.
Aliq̄ considerando penas infernales et hec ē
dextera. Aliq̄ gloriā p̄p̄is et hec ē
sinistra. In apparitione differebat. qz ubi
alie solum de nocte apparent hominibz. Sol
aut solum de die. ista semp et de die et de no-
cte. Sic aliqui lucent in bona cōuersatio-
ne in nocte aduersitatis. alij in die prosperi-
tatis. Sed iusti semp lucent bona consien-
tia. et exemplo. et in nocte aduersitatis per-
patientiam. et in die prosperitatis p tempe-
rantiam et humilitatez. fm illud ps. Nox si-
cut dies illuminabit. Occultabat aliquāto
se stella malis hominibz. et bonis apparebat.
Sic iusti opera bona palam faciūt paratis
imitari. occultant autē malis dispositis ad
calumniandum. Sicut xpc aliquando se oc-
cultauit iudeis et herodi. In figuratiōe
differebat. quia stelle sunt in colore fm appa-
rentiam rubee. Hec aut fm q refert Crisof.
sup Mat. habet formaz pueri paruuli cum
signo crucis in fronte. et significat. qz recta
cōuersatio hoc debet habere. s. paruitem
humilitatis et innocentiaz paruuli Mat. .
xviij. Nisi conuersi fueritis et efficiamini si-
cut paruuli et. Et crucem mortificationis
in corpore. Unde Apl. v. Qui xpi
sunt. carnem suaz crucifixerunt cum uitijs
et concupiscentijs.

Capitulum undecimū de fato.

Beatus cuius est nomē
domini spes eius: et non respexit
in uanitates et insanas falsas.
Eana sūt et insanie falsae: que bi-
cunt et credunt multi de fato. Aliqui em̄
dixerunt fatū nihil esse. Sed illud esse falsū
ostendit ex eo q Boetius in. iij. de solatio-
ne diffinit ipm. ut dicit infra. S3 fm Tho.
in p̄ma pte. q. cxvj. quod nō est: diffiniri nō
p̄. cum diffinitio dicat essentia ipsius diffi-
niti. Fuerunt aut aliqui qui fortuita et ca-
sualia que in istis inferioribz accidunt i nul-
lam supiorem causam reducere uoluerunt.
et hi fatum et p̄uidentiam negauerunt. ut de
Tullio. Augus. recitat in. v. de ciui. dei. Quā
opinionem esse falsā ostensum est supra. cū
omnia subdant diuine p̄uidentie. Alij
aut dixerunt fatum esse dispositionē siderū

sub qua quisque conceptus vel natus est. Isti enim ea que in istis inferioribus accidunt siue rebus naturalibus siue rebus humanis reducere voluerunt in superiores causas: sed non aliam nisi corpora celestia, quod etiam verum et falsum est. Quod sensit ille ethnicus qui ait, *Fatis agimur, credite fati*. Nam actus humani non subduntur actioni corporum celestium nisi indirecte et per accidens. Causa autem fatalis cum habeat ordinationes super ea que fato aguntur necesse est quod sit causa et quod agatur directe et per se. Est etiam impossibile quod aliqua virtus activa celestis corporis sit causa eorum que hic aguntur a casu et fortuna. Et secundum quod dicit Gregorius, i. omel. epiphanie, Absit a fidelium cordibus ut fati aliquid esse dicant, id est quod sit verum quod subdantur humani actus constellationibus quas gentiles fatum dicebant, hoc enim falsum est.

Alij vero omnia que hic aguntur siue in rebus humanis siue in rebus naturalibus reducere in aliquam causam preordinantem que est diuina prouidentia. Et hi omnia que hic aguntur diuine prouidentie subduntur tanquam per eam preordinata et prelocuta ipsam dei prouidentiam fatum dixerunt. Et hoc modo est vere sentire prout sentit Boetius. Sed quia cum infidelibus non est communicandum in omnibus ubi error possit contingere, ideo sancti doctores dixerunt fideles non debere uti nomine fati: ne scilicet sub hoc nomine intrarent errores infidelium dicentium fatum esse constellationem sub qua nascitur quis: unde postea efficitur bonus vel malus. Et ideo Augustinus, in v. de ciui. dei ait, Si propterea res humanas fato tribuit, quia ipsam dei voluntatem vel potestatem fati nomine appellat, sententiam teneat, linguarum corrigat, hec Theophrastus. Nota quid sit fatum et quomodo differat a diuina prouidentia proprie, et que subdantur fato. Primum ad primum dicit Boetius in. iij. de consolatione quod fatum est inherens rebus mobilibus dispositio per quam prouidentia suis queque necesse ordinibus. In qua diffinitione secundum Theophrastum, in tercio contra gentiles, c. xc. dispositio pro ordinatione vel ordine ponitur que est relatio, qui quidem ordo si consideretur ad suum principium est unum, et sic unum fatum. Si consideretur per compositionem ab causis mediis vel effectibus earum, sic multiplicatur et dicuntur fata, per quem modum dicit poeta, Te tua fata premunt.

Rebus inherens ponitur in diffinitione ut distinguat fatum a prouidentia. Nam ipsa ordinatio secundum quod est in mente diuina nondum rebus impressa prouidentia est. Secundum vero quod iam est explicata in rebus fatum nominatur. Mobilibus autem dicitur ut ostendat quod ordo prouidentie rebus contingit et mobilitatem non

aufert, ut quidam posuerunt. Et pro maiori declaratione dictorum dicit beatus Theophrastus, in prima parte q. cxvj. arti. ij. quod diuina prouidentia per causas medias suos effectus exequitur. Potest ergo ipsa ordinatio effectuum dupliciter considerari. Uno modo secundum quod est in ipso deo, et sic ipsa ordinatio effectuum vocatur prouidentia. Alio modo secundum quod ipsa ordinatio consideratur in medijs causis a deo ordinatis ad producendum aliquos effectus, et sic habet rationem fati.

Et hoc est quod Boetius dicit in quarto de consolatione, Siue famulantibus quibusdam prouidentie diuine spiritibus fatum exercetur seu anima seu tota inferuiente natura, siue celestium siderum motibus, seu angelica virtute, seu demonum varia solertia, seu aliquibus eorum seu omnibus fatalis series teritur. Et sic manifestum est quod fatum est in ipsis causis creatis in quantum sunt ordinate a deo ad producendos suos effectus. Et quia ipsa ordinatio causarum secundarum, quam Augustinus seriem causarum nominat, non habet rationem fati nisi secundum quod dependet a deo, ideo causaliter fatum dei potestas vel voluntas nominari potest, ut dicit Augustinus. Sed essentialiter fatum est ipsa dispositio seu series, id est ordo secundarum causarum.

Notandum quod circa fatum respiciunt aliqui ad vanitates et insanias falsas, dicentes omnia ex necessitate venire ex fato. Alij fatum diuinam prouidentiam intelligentes dixerunt fatum, id est diuinam prouidentiam posse mutari. Et verumque est falsum. Pro cuius declaratione dicit beatus Theophrastus, in prima parte q. cxvj. quod dispositio secundarum causarum quas fatum dicimus, potest dupliciter considerari. Uno modo secundum ipsas causas secundas que sic disponuntur seu ordinantur. Alio modo per relationes ad primum principium a quo ordinantur, id est ad deum. Quidam ergo posuerunt ipsam seriem seu dispositionem causarum esse secundum se necessarium, ita quod omnia ex necessitate contingerent propter hoc quod quilibet effectus habet causam suam. Causa autem posita: necesse est poni effectum. Sed secundum philosophum in metaphysica, ut dicit Theophrastus, in. iij. contra gentiles: non est verum quod posita causa sit necesse semper ponere effectum, quia aliqua causa potest deficere. Deus autem qui est gubernator vniuersorum intendit quod effectuum eius aliquis quidem stabilis per modum necessitatis, alius autem effectus contingenter eueniat, et secundum hoc diuersas causas effectibus adaptat, his quibus necessarias, alias autem contingentes. Eabit ergo sub ordine diuine prouidentie non solum hunc effectum esse, sed etiam hunc effectum esse contingenter, alium necessario. Et secundum hoc que subduntur diuine prouidentie quedam sunt necessaria, quedam contingenter euenientia, et non omnia ex necessitate esse.

Alij vero dixerunt fatum esse mutabile etiam si quod a diuina prouidentia dependet. Unde **Egyptij** dicebant quibusdam sacrificijs fata posse mutari. ut **Nizenus** dicit. Sed hoc est falsum quia immobilitati diuine prouidentie repugnat. Est enim immutabilis diuina prouidentia **Malachie** tercio. Ego deus et non mutor. Et **Boetius**. Stabilisq; manens has cuncta moueri. Dicendum ergo quod fatum siue consideratione secundarum causarum mobile est. sed siue quod subest diuine prouidentie sic immobilitate sortitur. non quidem absolute necessitate: sed conditionate. siue quod dicitur: mus hanc conditionalem esse veram vel necessariam. si deus presciuit hoc futurum erit. Unde cum **Boetius** dixisset seriem fati esse mobiles. post pauca subdit: que tamen ab immobilis prouidentie perficiuntur exordijs ipsamque esse immutabilem necesse est. Que autem substantur fato. declarat beatus **Thom.** ubi super. arti. iij. Dicit enim quod fatum sit ordinatio secundarum causarum ad effectus diuinitus prouisos. quecumque causas secundis subduntur: ea fato subduntur. Unde et **Boetius** dicit quod fatum celum et sidera mouet. elementa in se inuicem temperat. et alterna format transmutatione eadem nascentia. et occidentia omnia per similes fetuum seminumque renouat progressus. Sed actus fortunalesque hominum in dissolubili causarum conuersione perstringit. hec **Boetius**. Que omnia cum fiant a deo mediantibus causis secundis. ideo sub fati serie continentur. Sed quia sunt quedam que a deo immediate fiunt. cum non subduntur causis secundis. non subduntur etiam fato. sicut creatio rerum. glorificatio spiritualium substantiarum. et alia huiusmodi. Et hoc est quod **Boetius** dicit. Ea que sunt prime diuinitati propinqua: fatalis ordinis mobilitatem excedunt. Et iterum. quedam que sub diuina prouidentia locata sunt: fati seriem superant. Ex quo etiam patet. quod quanto aliquid longius a pura mente discedit: neceffibus fati maioribus implicatur. quia magis subijcitur necessitati secundarum causarum. Et quis **Augustinus** dicat fatum esse aliquid siue quod ad diuinam potentiam vel voluntatem refertur: que voluntas dei causa est omnium que fiunt. Non est ergo hoc contra predicta. Nam fatum quidem refertur ad voluntatem dei. sicut ad primum principium. non quod fatum essentialiter sit ipsa voluntas dei. sed ipsa ordinatio que est in causis secundis ad suos effectus producentos. Respicit ergo in vanitates et insanias falsas: qui fatum diuinam prouidentiam intelligens credit vel dicit ipsam prouidentiam esse mutabilem vel omnia ex necessitate euenire hic. vel non omnia subesse diuine prouidentie: que omnia falsa sunt. Laus enti in diuinis. .

lem vel omnia ex necessitate euenire hic. vel non omnia subesse diuine prouidentie: que omnia falsa sunt. Laus enti in diuinis. .

Anno incarnationis dominice. Millesimo. quingentesimo septuagesimo septimo. Octobris vero Idus. vi. Pars sume secunda. Antonini Archiepiscopi florentini. ordinis predicatorum eruditissimi. Nurnberge per Antonium hoburger opidi prefati incolam quodlibet gentissime impressa. finit feliciter.

